







122  
FORTITVDINEM CHRISTIANORVM

QVAE EST  
IN CHRISTO IESV.  
OCCASIONEM SVPPEDITANTE  
BEATA ET SVBITANEA,  
VTVT NON IMPRAEUISA MORTE.

VIRI

OMNI HONORE ET AMORE  
DIGNISSIMI.

M. ANDREAE  
ACHILLIS,

PASTORIS QVONDAM DIVERSARVM  
ECCLESIAKVM EVANGELICARVM  
FIDELISSIMI,

D. VIII. JVL. MDCCXXI.

ANNO AETATIS SEXAGESIMO SEXTO  
EX HVIVS TERRAE EXILIO

AD

COELESTEM PATRIAM

TRANSLATI,

IN IPSIS EXEQVIIS D. X JVL. MORE SOLEMNI INSTITVTIS,

CARMINE LVGBRI,

EODEMQVE GRATVLAVNDO

CONCELEBRANT

INTVS NOMINATI.

HALAE MAGDEBVRG.

Litteris JOHAN. CHRITIAN. HILLIGERI, Acad. Typogr.





OMNI HONORE ET AMORE  
DIGNISSIMI



St Stoicis superanda omnis fortuna, ferendo:  
Est quoque Christianis, sed potiore lucro,  
Siqua ferunt illi; callum patientia praestat,  
Cedendo vincit mens rationis inops.  
At sua Christianis melior victoria certa;

Silucem è CHRISTO, robur & omne, bibunt  
Talem Defunctum merito miramur Achillem:  
Hectore qui Stoico major, amore DEI.  
In CHRISTO, victor; mysteria scripta Colossis  
Appetit moriens: jamque triumphus ei est.

D. J. BREITHAUPT, A. B.

Quid vero? Fratres! obiit: quis? noster ACHILLES?  
Immo! deposuit corporis exuvias.  
Vix ita praelegit finem schola (\*) nostra Petrinum:  
Narratur subito finis, AMICE, Tuus,  
Additur, e Paulo quid clara voce legendum  
Mandaris moriens voce, BEATE, Tua,  
Et Petrus & Paulus nobis nunc vellicat aures:  
At TIBI defuncto nunc sine fine quies.

(\*) d. 8. Julii quo in Petriano meo Collegio cepi praelegere posteriorem epistolam Petri, non sine affectu quodam ipsissimum dixi usque ad v. 14. C. *ἵνα τὰ κληροῦν ἐπιπέσει τῷ κληρομάτῳ με.* collato in eadem lectione exegerica isto Paulino 2 Tim. 4, 6. Quod ipsos auditores nostros, in Christo dilectissimos, olim meminisse iurabit.

D. PAULUS ANTONIVS.

S. S. Theol. P. P. Ord.

Spes





**S**pes tibi CHRISTVS erat, tibi gloria, cunctaque CHRISTVS  
Viventi; CHRISTVM sic moribundus habes.  
Hunc dudum nosti thesaurum, qui latet atris  
In tenebris mundi, nocte premente malos.  
Hoc cum thesauro latuisti, conscius alma  
In DOMINO vitæ, speque superna tenes.  
Huc tendens, DOMINVM subito dum ponere finem  
Curriculo cernis, latus abire paras.  
Nempe pii legitur tibi suavis epistola (\*) Pauli,  
In qua maiestas plurima, CHRISTE, tua  
TE firmante fidem, DOMINVS tua vincula solvit  
Somno, sperata Teque quiete beat.  
Æternum CHRISTO nunc gaudet fidus ACHILLES;  
Tali nequaquam mors properata nocet.

AUGUSTUS HERMANNUS Francke,  
S. Th. Prof. Pat. Univ. & Schol.

**M**agnanimum quondam iactavit Græcia Achillem,  
Quem stupet, ut rarum Numinis, Orbis, opus,  
Sed qui tot socios, totiesque exterruit hostes,  
Æternum perit, succubuitque heci.  
Non æque infelix noster certavit ACHILLES;  
Sed fidei in calis præmia lata capit.  
Nam quia per CHRISTVM mundum devicit & orcum,  
Mors dulcis somnus, quin nova vita, fuit.

*Constantem fidem, eximiam patientiam, & letam victo-  
riam beato Amico ita ex animo gratulabatur*

D. JO. HEINR. MICHAELIS,  
S. Theol. & Gr. ac OO. Lingg. P.P. Ord.

**I**gnotus mundo, Christo bene notus, ACHILLES  
Morte cita abreptus desinit esse miser.  
Quotnam multi Christum sic discere vellent,  
Ille prout didicit: Christus ei omne fuit.

Hinc & pressit eum Crux Christi: sed modo presso  
Angelici properant ferta parare chori.

*Veritatis Evangelicæ cultori egregio victoriam fidei  
ita gratulatur*

D. JOACHIMVS LANGIVS.  
S. Theol. P. P. Ordinar.

Ep ad Col.\*  
c. I. v. 12.  
v. 13.  
Molothe

**S**umma per Christum supremo sit Parenti gloria,  
Erutos quod ex tenebris, & Stygis tyrannide,  
Compotes hereditatis nos beata reddidit,  
Inque regna charitatis Filii nos transtulit.

v. 14. Illius Redemtionem per profusum sanguinem  
Nos habemus, queis reatus est remissus criminum;  
Immo pax mundo per ipsum restituta perditio est,  
Terra cælo copulata per cruentatam crucem:

Ter beatos, hanc salutem quiprehendunt firmiter,  
Et fidem Christi tenacem, spemque robustam fovent.

Cap. II  
v. 11. 12.

Hos sua virtute mortis morte Christus liberat,  
Inque Majestatis alto collocat secum throno.

v. 8. 16.  
sqq.  
Cap. III. 11.

Hanc proinde, CHRISTIANI, mente doctrinam pia  
Volyite, atque vana Mundi spernitote dogmata,  
Soluta omnia esto vobis Christus ipse in omnibus,  
Sic mori repente tutum est, morsque festina est  
lucrum.

*Paulo ante infusum morbi ultimum. Vir beatus, in sella sua residens, a Scholari tum  
presente Epistolam D. Pauli ad Coloss. sibi prælegi voluit; inter quas Medicationes  
subitanea morte animam Christo reddidit.*

*Ita beatam est repentinam analysin charissimi  
Amici, Pauline Theologie Studiosissimi,  
non tam deslet, quam gratulatione profe-  
quitur*

JO. DANIEL HERRNSCHMID,  
SS. Th. D. & P. P. Ord.

Gra-

D. PAULUS ANTONIVS



**G**Ratus semper erat NOSTRI mihi sermo BEATI,  
 Atque duo tantum præteriere dies,  
 Cum meditaremur CHRISTI sacra verba loquentis,  
 Quæ sunt Joannis scripta relicta manu: Cap. XIII.  
v. 31. 32.  
 CHRISTVS ubi patiens <sup>diſſimulans</sup> sibi vindicat, etſi  
 Sub cruce despectæ proditiõnis erat,  
 Quis tunc TE subito moriturum quæſo putasset?  
 Sed nunc TE CHRISTI gloria summa bear,  
 Vivus eras CHRISTI fidus sectator, & EIVS  
 Crux invisa aliis, gloria vera TIBI,  
 Et cruce sub varia, sub longi tormine morbi  
 Est TIBIMET CHRISTI gloria visa fide.  
 Hac fruire æternum! Nos, qui luctamur in orbe,  
 Erigat in lucta gloria CHRISTE TVA!

JOH. ANASTASIVS FREYLINGHAVSEN,  
 Pastor. Adj. Ultricianus.

**H**eroas inter veteres laudatur ACHILLES:  
 Spes Danaum semper fida, timorque Phrygum.  
 Sed mihi paganus merito contemnitur heros,  
 Qui nihil ex Christo, fonte salutis, habet.  
 Dignior est NOSTER, si quis laudandus, ACHILLES:  
 Cuius in ore VNVS cordeque CHRISTVS erat,  
 Hinc post fata etiam memori sub pectore nomen  
 Servare hoc fas est, & bene facta sequi.

HIERONYMVS Freyer,  
 Pæd. Reg. Insip.

Das verborgene Leben der Kinder Gottes.

**S** Ungemeiner Stand! O Pracht und Herrlichkeit,  
 Der keine Kaiser-Cron mit ihrem Schimmer gleichet!  
 Wenn Gott sich einen Knecht zum Nazaræer weis't,  
 Und Ihm den holden Kranz der reinen Geister reichet.  
 Wie stinckt der ganze Dreck der eingebild'ten Welt,  
 So bald ein solcher Schmuck in ihre Grängen fällt.

Ein Nazaräer seyn, der Christi Blut und Tod  
Sich mit der Glaubens-Hand um seine Schläfe bindet,  
Und durch die Heiligung den schändden Erden-Roth  
Mit allen Lüsten-Schwarm vollkommen überwindet,  
Das heißt ein Adel-Stand, den auch ein solcher ehret,  
Der noch die erste Milch an Christi Brüsten zehret.

Wer aber mehr und mehr in seiner Mannheit reift,  
Der sehnt sich dürstiglich nach diesen stillen Schätzen,  
Er läßt die kluge Welt, da man die Narren greift,  
Sich Weidlich Hohn und Spott in seinen Nahmen äßen.  
Was schadet's? der Weisen Schaar muß erst zur Schule  
geh'n,  
Im Fall sie diese Kunst empfindlich will verstehn.

Dir, **Hochgeschätzter Mann,**

wird dieses zu erkannt,  
Das man mit Zug und Recht auf deine Bahre gräbet:  
Hier liegt ein Gottes Knecht vom Nazaräer-Stand,  
Der einsam und allein doch öffentlich gelebet.  
Es schüttle, wer da will, den tollen Kopff darzu,  
Du bliebst und bleibest noch dabey in deiner Ruh,

Du nahmest von der Welt die Schmach geduldig an,  
Und dachtest: ist es doch auch andern so ergangen.  
In zwischen fährstu fort auf der verborgenen Bahn,  
Das vorgestreckte Ziel im Kampfe zu erlangen,  
Du warest geistlich arm (†) und wolltest nur allein  
In meines Jesu Blut ganz ein getaucht seyn.

Du hattest Christi Kreuz als deinen Wanderstab  
Den trugest du getrost im Glauben und im Leiden,  
Woblan jetzt führt Er dich zu einem stillen Grab  
Und dem reinen Geist zum Paradies der Freuden,

(†) Conf. Talloei Christi reuelatus cap. XV. de Nazirais Christi & Christianorum Typis; circa finem p. 175.



Geh hin und ruhe sanfft biß wir uns einsten sehn,  
mit Palmen in der Hand, zur Lammes Hochzeit gehn.

Diese sollte zur Begehung seiner begehren diebe und hochachtung gegen den selig verstorbenen beschließen.

**Joh. Georg Hoffmann.**  
Der teutschen Schulen insp.

**T**Er quater beata corda,  
Vinculis soluta duris  
Corporis malisque mundi;

Quæ minace morte victa,  
Tranfuolatis ad quietem,  
Omnibus ponis paratam,  
Quos cruore Christus emi,  
Spirituque connotavit,

Magna vos in arce cæli recreant nunc munera,

Nos tenemur impediti  
Nexibus, premitque mentes  
Hostium caterva lava:  
Quæque nobis hic relictis  
Exhibentur intuenda,  
Sunt labore plena multo,  
Sensibus molesta sæpe;  
Immo spiritum fatigant,

Ne sit occupatus usque rebus in caelestibus,

Vos, in alta translocati,  
Temnitis corusca sæclo  
Futilesque vanitates,  
Omne nunc patefcit illic,  
Quod reconditum manebat  
Mentibus: nec ullus hostis  
Aut maligna fors fugabit  
Sede Vos beatiore:

Ordo nullus sæculorum vestra finit gaudia,

Pondorantes ista mente  
Altius, sequendo funus  
Nunc tuum, beate MYSTA,

Tem-

Temperamus hos dolores,  
Quos ciebat mors acerba,  
Plaudimusque, cæli honores  
Dum capeffis absque fine,  
Pro labore proque probris  
Lata vivis ac beata laureatus sæcula,

*Beatis manibus viri rara pietate & doctrina  
conspicui posuit*

**M. J. MICHAEL HEMPELIVS,**

Conv. reg. in hoc Fridericiana Insp.

**M**agnus Alexander magni facturus **ACHILLEM**  
Post mortem, Statuam fertis ornabat odoris,  
Id quod eum factis claris meruisse putaret:  
**NOSTRI DEFVNCTI** summus Rex arberis orbis  
Tempora jam potius gemmis fulgente corona  
Cingit, mutatas quæ nescit sumere formas,  
Illum depressit stygias pia mater in undas,  
**Ut nunquam Parca decerpene stamina possent:**  
**HIC** vixit, sacro baptismi flumine tinctus,  
Illum Nerine rutilis immittere flammis  
Cœpit, quo nunquam fato reperetur iniquo:  
**Calibus HIC** miseris cruciatus, & igne malorum  
Firmatus quemvis potuit sufferre laborem,  
Illi Valcanus fortissima præbuit arma,  
Hausta præfertim, Centaurea dona notantur:  
**HVIC** Pater omnipotens concessit calica verba,  
Quæis satana sævos poterat depellere motus,  
Fercula Pelidæ memorantur corda leonum:  
**NOSTER** lac purum suxit, dulcissima Christi  
Dogmata, quæ succos instillayerè salubres,  
Progenic Zephyri, Xantho Balioque, volucris  
Ille citis tenues superabat cursibus auras:  
Assiduis precibus lacrymas **HIC** addidit udas,  
Quæis cursu rapido superas contendit ad oras,  
Absolvit cursum, toto certamine constans;  
Est labor exhaustus, poterit gaudere quiete.

**IOANNES HENRICVS GRISCHOVIVS:**

493 (o) 264  
A  
M



2°

Gb 956,

ULB Halle  
001 594 751



3

St 12

Walter Becker  
Buchbinderei  
Halle, Thüringer Str. 24

WONA







122

FORTITVDINEM CHRISTIANORVM

QVAE EST

IN CHRISTO IESV,

OCCASIONEM SVPPEDITANTE

BEATA ET SVBITANEA,  
NON IMPRAEUISA MORTE,

VIRI  
ONORE ET AMORE  
IGNISSIMI,

NDREAE  
CHILLIS,

QVONDAM DIVERSARVM  
VM EVANGELICARVM  
FIDELISSIMI,

VIII JVL. MDCCXXI.  
ETATIS SEXAGESIMO SEXTO  
HVIVS TERRAE EXILIO

AD

STEM PATRIAM  
TRANSLATI,  
D. X JVL. MORE SOLEMNI INSTITVTIS,  
ARMINE LVGBRI,  
IQVE GRATVLAVNDO

CONCELEBRANT  
S NOMINATI

HALAE MAGDEBVRG.

Litteris JOHAN. CHRITIAN. HILLIGERI, Acad. Typogr.

